

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S.
Theol. D. & Prof. Cives Academicos ab Impio, & insano Bacchanaliorum Festo
Serio dehortatur & Ad devotam Passionis, & mortis Filii Dei meditationem
Officiose, & peramanter invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus, die IX. Febr. Anno
1673.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1673]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735990514>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MICHAEL COBABUS,
S.S. Theol. D, & Prof.
Gives Academicos
ab
Impio, & insano

BACCHANALIORUM
Festo Seriò dehortatur

&
Ad devotam Passionis, & mortis Filii DEI
meditationem

Officiosè, & peramanter invitat.

ROSTOCHI.
TYPIS JOHANNIS KILII, UNIVERSIT. TYPOGR.

R.H. - Prog. 1673



Nter omnia fidei Christianæ
mysteria nullum cognitionis
majestate est sublimius, nullum
utilitate, ac fructu fæcundius,
quam admirandum DEI opus,
& consilium de generis humani
redemptione facta filii DEI Do-
mini nostri Jesu Christi acerbis-
simâ passione, & morte cum sen-
tu iræ Divinæ, atque cruciatum infernali horrore
conjuncta. Hæc efficax est ad curanda conscientia
vulnera, & salutis nostræ unica scaturigo, lassorum
& afflictorum ultimum refugium, solidumquæ funda-
mentum, quod in persecutionibus, aliisque malis, &
ipsa denique morte consolationem toto pectore am-
pletestandam nobis abunde exhibet. Crux Christi, præ-
clarè ait Augustinus, nobis totius causa beatitudinis est:
hæc nos à cœcitate liberavit erroris: Hæc à tenebris reddidit
luci: hæc debellatos reddidit quieti: hæc alienos DEO con-
junxit: longè constitutos proximos præsentavit: hæc pere-
grinantes cives ostendit: hæc discordia amputatio est: hæc pa-
cis firmamentum: hæc donorum omnium abunda largitio.
Nulla spes foret justificationis, ac liberationis à morte,
salutis

salutis, & vitæ æternæ, nisi filius DEI in hominum lo-
cum esset substitutus, & execrationi Divinæ obnoxius
factus suâ morte, & sanguine pretioso peccatorum re-
missionem humano generi sub mortis maledictione
propter peccata concluso, perfectissimè acquisivisset,
Quod enim turpe, & indecorum est, ab eo vi naturalis
suæ bonitatis, & sanctitatis DEUS perpetuò abhorret,
& peccatum, quo reatus, vel obligatio ad pænam con-
trahitur, suâ naturâ abominatur, peccatoresquè quate-
nus tales, & prava sectantur, odio habet, atque vi vin-
dictæ Divinæ pænam à legis transgressoribus justissimè
exigit, neque absque satisfactione pro peccatis quen-
quam impunitum dimittit. Peccata igitur non tantum
impediunt spem remissionis peccatorum, & studium
emendandi vitam; sed etiam causa sunt meritoria pas-
sionis, & mortis Christi; quem DEUS proposuit in
veteri, & Novo Testamento propitiationem per fidem
in sanguine ejus; In illo, justitiam ut ostenderet suam
per remissionem peccatorum præcedentium: in
hoc verò ad demonstrandam justitiam suam per re-
missionem peccatorum præsentis tempore, ut sit ipse
justus, & justificans eum, qui est ex fide JESU. Hic
pro impiis, vel impiorum loco liberrima voluntate est
mortuus, & verè languores nostros tulit, atque dolo-
res nostros ipse portavit, vulneratus est propter iniqui-
tates nostras, attritus est propter scelera nostra, di-
sciplina pacis super eum, & livore ejus sanati sumus, in
quo Dominus posuit iniquitates omnium nostras, &
per

per quem reconciliata, instaurata, & pacificata sunt
omnia, sive quæ in cælis, sive quæ interris sunt. Quem-
admodum enim merito transgressionis, & inobedien-
tiæ unius hominis omnes morti, & condemnationi e-
ramus abnoxii; sic merito mortis, & obedientiæ Chri-
sti, qui legis execrationem in se derivavit, peccatis ex-
piatis, Deoquè reconciliato, a morte, & condemna-
tione liberamur, vitamquè æternam consequimur. Tan-
ta virtus, & efficacia est crucis, & mortis Christi, ut ad
sanitatem, & remedium non solùm præsentis & futuri,
sed etiam præteriorum seculorum sufficiat, & longissi-
mè abundet. Si enim sanguis taurorum, ajit Epi-
stola ad Hebræos, & hircorum, & ciniſ juvencæ aspersus
inquinatos sanctificat ad carnis puritatem: quantò magis
sanguis Christi, qui per Spiritum aeternum semet ipsum ob-
tulit inculpatum DEO, purgabit conscientiam vestram à
mortuis operibus ad serviendum DEO vivo. Etsi igitur
nullum anni tempus præterire debebat, quo non in-
effabilis benignitatis Servatoris nostri memoriâ devo-
to pectori adficiamur, nulla tamen rotius anni parte
studio ardenter id facere convenit, quam hoc qua-
dragesimali tempore. Ad ejus autem meditationes
ut Christiani expeditiores, atque alacriores redderen-
tur, & pectoris contritio, precesq; essent ardenteres,
veneranda antiquitas salutari, gravique consilio insti-
tuisse videtur solemne dierum quadraginta jejunium,
vel abstinentiam ab omnibz, quæ cum saturitate, & te-

159

mulentia conjuncta sunt. Quæ moderatio incibosumendo sicut paulatim in superstitionem degeneravit, apud illos, qui jejunii rationem in ciborum discrimine, & abstinentia à sola carne, consistere arbitrantur; Interea autem pescium varietate liberiùs, & delicatius perfruuntur, & appetitum inordinatè explet; ita apud nos omnis jejunandi, effrenesquè appetitus carnis domandi consuetudo, omnisquè disciplinæ Ecclesiasticæ usus exulat, adeoque ut nomen jejunii tantum retineatur, res ipsa vero prorsus esse desierit. Ita pium, & religiosum Ecclesiæ institutum impiorum hominum superstitione, & vanitate est depravatum, ut quamplurimi, loco securitati carnali, & veterno dato, ad Orgia, vel Bacchi sacra cæco impetu ruant, atque deflestant, & se vix leviter maximarum rerum curâ adfici, vel nunquam, vel oscitanter passionis, & mortis Christi veram, & salutarem notitiam expertere, suis turpissimis moribus satis superque testatum faciunt. Quæ morum intemperies, & supina securitas, sicut autorem habet ac ducem Diabolum humani generis juratum, & capitalem hostem, dolis versutissimum, & in omnes partes variabilem; ira Christianæ professionis homine indignum est Orgia celebrare, & impuri illius Spiritus raptum sequi, & præsens tempus


tempus otio, & commessionibus transiger. Tantum igitur abest, ut Academici ordinis personæ, quæ liberalium, ingenuarum, honestarum, & optimarum artium, ac disciplinarum studio, ac nomine censemur, à Diabolo se duci, & rapi patientur ad Bacchanaliorum festum celebrandum, ut etiam ex formula, & præscripro Servatoris nostri, cui in baptismo nomen professi sumus, vitam suam instituant, & ad subeundum crucis onus, ac probrum sese mature præparent, Christi vulnera contrito pectori, & vera animi fiducia reverenter inspiciant, atque exosculentur, eaquè agant, quæ D E U S præcepit, recta ratio, & misera Ecclesiæ Christianæ facies, aliaquè innumera suadent, ne querela illa S. Hyeronimi apud nos jure audiatur, & repetatur: *Omnis creatura compatitur Christo patienti: Solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus passus est.* Ecce homo! Judex vivorum & mortuorum propter tua peccata in vincula conjicitur: ad iniquum judicem rapitur; ludibrio habetur: Spinis coronatur; à Judice mortali judicatur: In crucem agitur: Clavis configitur: Hasta vulneratur. Quid autem tu pateris propter nomen Christi? quam contumeliam, & injuriam patienter suffers, ut demonstres, te esse verum Christianum,

num, qui cum Christo patitur, & vehemenri de-
siderio expectat revelationem filiorum DEI? Do-
let Dominus non sua, sed nostra vulnera: flagel-
lis cæsus: Spinis coronatus: Clavis confossum:
Cruci affixus: Opprobriis saturatus: Omnim-
dolorum immemor exclamat: Pater ignosceil-
lis. Audiant hoc qui nolunt deponere & abjecere
cor fastu inflatum, linguam virulentam, animum
amarulentum, calamos veneno, felle, convitiis,
& mendaciis tinctos, neque exemplo Christi ma-
lum bono vincere, neque proximi charitate mo-
veri. Audiant hoc, qui vociferationibus, impre-
cationibus, calumniis, & similibus, pias mentes
graviter offendunt, & luxuria, omniumquæ ge-
nerum vitiis disfluunt. O duri, pio Zelo exclam-
at Bernhardus, *E*ndurati, *E*ndurati filii *A-*
dam, quos non emollit tanta flamma, tanta benigni-
tas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator.
Quibus cognitis, & præmissis, nostri erit officii ma-
jorum nostrorum mandata vobis, Cives Acadæ-
mici, in mentem revocare, & unumquemque
suarum partium commone facere, atque ad stu-
dium temperantia, patientia, modestia, hone-
statis, & pieratis etiam atque etiam cohortari; ve-
strarum autem partium erit cultui Divino fre-
quenter interesse, conciones sacras attentis, & re-
ligiosis auribus audire, ut vera, & seria agnitio
hou-

horrendæ DEI iræ adversus peccata in vobis accendatur, & rursum vera fiducia misericordiæ, ac remissionis peccatorum, & gratitudo ardens pro tanto filii DEI amore, & beneficiis in vobis exciteatur. Quamobrem unumquemq; nostræ jurisdictioni subjectum monemus, & hortamur, ut hisce imprimis diebus, quamvis semper id sit faciendum, reprimat, ac detestetur omnem impietatem, turpitudinem, violentiam, & id genus alia flagitia. Ingenui omnes, qui sciunt, quod DEO servire sit summa libertas, intra limites vocationis, & officii manebunt: legibus Academicis parebunt, & piis monitis locum daturi heluonum consortia devitabunt, ac tempus insequens quadragesimale totum studiis honestis, ac sacris meditationibus acerbissimæ Passionis & mortis Christi consecrabitur. Quod ut studiosè faciant omnes ac singuli. Deus, qui omnia videt, & audit, quæ à nobis omni tempore, & loco geruntur, serio efflagitat, & mandat. Ipsam & salutarem agnitionē iræ, ac misericordiæ suæ erga nos miseros peccatores in passione, & morte filii Dei omnium illustrissimo testimonio demonstratæ, & ardentiores grati pectoris motus in nostis animis inflammet, ut gratias filio Dei, salutis nostræ auctori, toto pectore agamus, & indesinenter oremus, ut veram pœnitentiam, fidem, & obedientiam gratiam in nostris cordibus accensam augear, & confirmet.

P. P. sub sigillo Rectoratus, die IX. Febr. Anno 1673.

num, qui cum Christo patitur, & viderio expectat revelationem filiolet Dominus non sua, sed nostra vallis cæsus : Spinis coronatus : Clas Cruci affixus : Opprobriis saturatus dolorum immemor exclamat: Palis. Audiant hoc qui nolunt deponere fastu inflatum, linguam virulentam arulentum, calamos veneno, & mendaciis tintos, neque exemplum bono vincere, neque proximi veri. Audiant hoc, qui vociferationibus, calumniis, & similibus graviter offendunt, & luxuria, onerum vitiis diffluunt. O duri, pat Bernhardus, & indurati, & adam, quos non emollit tanta flammata, tam ingens ardor amoris, tam ve Quibus cognitis, & præmissis, nostrorum nostrorum mandata vobis mici, in mentem revocare, & uniusuarum partium commone facere dium temperantiae, patientiae, misericordiae, & pietatis. etiam atque etiam strarum autem partium erit cultu quenter interesse, conciones sacrae ligiosis auribus audire, ut vera, &



the scale towards document

de.
Do.
gel-
us:
m.
eil-
ere
um
tiis,
ma-
mo-
re-
ntes
ge-
cla-
i A-
igni-
tor.
ma-
ades,
ue
stu-
one-
; ve-
fre-
& re-
nitio
hou.